

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

[Geographia] Cosmographia [lat.]

Ptolemaeus, Claudius

[Ulm], 1482

Beatissimo patri pavlo se cvndo pontifici maximo. Donis Nicolavs
Germanvs

[urn:nbn:de:bsz:31-128491](#)

BEATISSIMO PATRI PAVLO SE
CVNDO PONTIFICI MAXIMO.
DONIS NICOLAVS GERMANVS



On me fugit beatissime pater. **C**ūq; summo ingenio exquisitaq; doctrina ptolomeus cosmographus pinxisse in his aliquid nouari attemptaremus fore: ut hic noster labor in multorū reprehensiones incurreret. **O**mnes enim q; hanc nostram picturā que his tabulas quas ad te mittimus continentur viderit geometrice presertim rationis ignari. ab ea quā ptolomeus edidit. paululum abhorremus certe nos. uel impericie vel temeritatis arguent. **N**ā plane nos. aut ignorasse quid egerimus. aut temere ausos esse. tantū opus cōtaminare affirmabūt. cum aliq; ex parte il lud immutatū cernent. non enim sibi persuadere poterūt. nec fas esse existimabūt ut tā tum virū quantus certe is fuit. si qnisi alius pingendi orbis terrarū melior modus extitisset. is eu sagisset. cū is solus faerit. q; tā inter multos excellētes cosmographos q; au tē se floruerūt modū videret. quo sitū terra rum. oīm in tabulis primus pingeret. Quasi vero aut princeps ille poetarū homerus apislato in ordinē redigi. aut lucrecij diuinū opus a cicerone emēdari. aut tolletane tabule ab alfonso corrigi nequinerint. Quare hi sane erunt q; nihil laudabūt nisi qd se intelligere posse confidāt. quenq; sperabūt ani

mo & cogitatione cōplecti valere. enīdē be no pingendi orbis modū esse censemēt. **E**t cū obruentur crebritate linearū longitudina liū nō eq; distantū rara illā & vastā pto lo mei picturam rectis lineis distinctā se malle q; hanc nostrā multiplicē & comodā pendē tibus inclinatisq; lineis discretā dicēt. **N**e q; vero nos hec ideo nunc dicimus vt quicq; i pto lo mei pictura reperiatur qd corrigi v̄l emēdari. aut in ordinē redigi oportuerit. cū om̄ia ita scienter ac prudenter vir ille pinx erit. vt nihil qd ad rationē situs terrarū i ei us tabulis deesse videatur. sed vt illos sue argueremus ignorantie qui et cū nullā taliū rerū scientiā. aut cognitionē teneant tñ inuidia & liuore quodā moti si quid uiderit ab altero editum quod ingenij; eoꝝ impar sit statim ad eius vituperationē sese cōuertūt. **A**t si qui erūt qui non oīno geometrie siue cosmographie expertes sint quiq; ipm pto lomeū sepius legerit ac picturā deinde nostra placata mente contemplauerit. hi certe nos aliq; laude dignos nō reprehensione vt illi putabūt. Prospicient enim nos opus ita difficile atq; arduū suscepisse & ita egregie ad exitū pduxisse vt illud mirari cogantur psertim cū nulla in re nos a ptolomei intentione licet a pictura paululū denicisse cōp erient. **Q**uod vt iam ita esse plane perspicere possis. **B.P.** queso quid ille dicat et qd nos fecerimus parūper attēde. **P**tolomeus qdē quod facile in eius intellexerim scriptis duplē pingēdi orbis terrarū rationē esse tradit. **V**nā em̄ esse asserit. cū p circulis vt ei⁹ verbis vtar que sunt in octauo circa princi piū libro rectas lineas facimus particularib; in tabulis meridianos ip̄os non inclinatos & flexos. sed inuicē eque distantes adnotamus. Alterā vero esse testatur cum eius for mā vbiq; flexis & inclinatis lineis ut ipsius terre situs ratio exigit & nō rectis exprimimus. Harū porro rationū & si posteriorem magis approbat vtpote artificiosorē ac subtiliore superiorē tamē i pictura secutus est.

a 1

Si eius est que circunsuntur in antiquis exemplaribus pictura non procul a veritate esse affirmans si quis in pingendo orbe per circulis ut modo diximus rectas lineas fecerit. Nos autem. **B.** **P.** cum per oculum eius scripta legeremus quod a professione nostra non abhorrebat et in eum lacu quem in primo eius sere libro circa finem forte legendum incidissemus. ubi precipit magis tenendum esse in pictura quod sit equius et seriosius quod sit facilis debilisque repente hac lectione admoniti cogitare cepimus quod pacto nos aliquid glorie comparemus. Rati enim nobis oblatam esse occasionem ut aliquid industrie nostre monumentum extaret et in uestiis vires ducescere possent statim picturam orbis propera ratione aggressi sumus. que apud illum approbationem videretur. Nam et pro circulis inclinatas lineas non eque distantes singillatim omnes ut ipse fieri monet oportere. ubi opus fuit fecimus. et locorum situs inter parallelos incidentes ex virtutibus rationibus coiectauimus et quo facilis ratio distatiae cuiuslibet loci quod per lineas et eque distantes discerni non satis plane poterat. certior extaret miliarium continentia cuiuslibet gradus longitudinis quibusdam paralellis singularum tabularum ascribere non recusatimus. Quid dicamus quod cum in antiquorum exemplarium tam grecorum quam latinorum pictura discerni non possit cuius quantitatis et forme quilibet insularum sit quod proprias descriptiones non habet. et quod aut qui in quocunq; regione vel provincia populi vel gentes opida urbes flumina portus lacus et montes continerentur et sub quod celo posita. aut in quam partem vergant. nos quodam certa ex illis. non tamen omnia. sed cuncta quod a ptolemeo ipso. etiam in scriptis suis adnotata sunt. ita distinximus. ac lineis quibusdam punctum signatis vallavimus. ipsas etiam insulas minores. ad proprias formas per ptolemeum redigimus. ut quis etiam imperitus. facile discernere valeat. Atque etiam ipsam formam picturam quod certe apud alios vastissima erat. et communem librorum excedebat rationem ad eum modum redigimus. seruatis

diligentissime omnium locorum dimensionibus qui cunctis sit post hoc illa intueri volentibus gratior futurus. Reliq; vero illius tanti viri ut prius erant intacta relinquimus. nisi quantum studij amor. et legenti sollicitudo suggestit. ut ob mutationes temporum quod frequenter in orbe contingunt duas nobilissimas regiones hispaniam videlicet et ytaliam. quorum loca ab auctoribus vetustate per maxima eorum parte a notitia nostra deciderunt. ipsas etiam regiones que in oceano sarmatico se ingerunt. et sub paralelo per circulum articulatum ductum occurunt. **D**atiā ut pote. sciam. norwegia. gotiam. suetiam. gronelandiam. et regiones sibi adherentes cum insulis adjacentibus. de quibus pfecto ptolemeus ipse aut strabo diligens. nec aliquis cosmographus descriptio nis monumenta relinquit. certa ratione iungendo nostratim poneremus. **N**acti autem consilio salutari quod honori coferunt et fame. presatas regiones in suis locis ut intueri fas est. non describendo ne tanti viri opus forte scinderemus sed pingendo per regna sua singulatiter exorauimus. Cum haec igitur picturam ut dixi pene ad votum absoluissimus. eaque dicatur alicui principi cogitaremus. nemo sane te dignior nobis uisus est. **B.** **P.** quae huicmodi munera dignissimum existimare. **C**ui enim terram omnem situm dedicare debeo. quod illi principi cuius sanctissimis pedibus. quicquid extremo oceano circumdatur subjici oportet et quod a sacerdote puebit id ad omnem sacerdotum archimandritam referendum erit. Nec moneat quemque **B.** **P.** si hoc ipsum opus ad estensem ferrarie principem priusquam ad te delatum sit. **Q**uis enim ita iniquus terrenus iudex erit ut quempiam in honore a me tibi platum putet. cum universum christianum nomen ita apostolice sedi primas partes sine controvlesia concedat ut nullius nisi longo relictio interuallo secundus habeatur. Neque enim putauim neque fas esse duxi. quicquid ad te antea mittere. quod id nam modo summa industria lugubratus expolitum esset. verum etiam multorum doctissimorum hominum iudicium subisset.

Non eam pontificij fastigij oblitus alium summo pōtifici preposui. sed humane imbecillitatis memor & nostre tenuitatis cōsci⁹. meo de re tanta iudicio nō prius standū de creui. q̄ maximis mathematicis esset approbatū. Quāobrē missum ē illud qđē a nobis in eā vrbē. in q̄ & auctoritate principis qui bonis ingenijs fuit & copia doctor⁹ viro rū qui & qm̄ vniuersam etatē in hoc litterar⁹ genere cōtruerunt. exactissime possent & qm̄ studior⁹ cōiunctione & diuturna cōsuetudine mibi amicissum essent maxie vellet emendatius redderetur. Nūc igitur ab illis spectatū atq; pbatū vīsum dignū ē qđ nō modo elīmatius. ver⁹ etiā quo ad a me fieri potuit materia ipa ornatius in pontifice. maiestatis cōspectū tandem prodiret. Tūc igitur clementie fuerit. B.P. ita a seruulo deuotissimo munus accipere: vt & si reliqua in eo. non amplissimis omnino laudibus digna sint. sed uitatem tñ & deuotionē nostrā erga sanctitatem tuā non asperneris. Est enim eius que in pontificio culmine maiestas est non quantū dederim. sed quantū dare voluerim intueri. Supplicem amā.

CLAVDII PTHOLOMEI COSMOGRAPHI LIBER PRIMVS HEC HABET.

In quo differt cosmographia a corographia. Que ad cosmographiā p̄supponenda sunt. Quomodo e stadior⁹ dimensione cuiuscunq; recte distantie licet non sit sub eo dē meridianō mensura ambitus terre sit precipienda & econtra.

Quod ex superiorib⁹ obseruata: preponenda sunt notitie peragantium.

Qđ historijs magis nouis credendū sit ob mutationes q̄ diuisis tpib⁹ i orbe cōtingūt. De editione cosmographie marini.

Emendatio latitudinis marini: ab obseruatione superiorum.

Eadem emendatio a nauigationibus factis. Qđ nō ponendi ethyopes sunt magis au-

straless. q̄ paralellus oppositus paralelo p̄mero em.

Que i lōgitudine a marino male īdita sunt. Emendatio longitudinis note terre a peragrationib⁹.

Eadem emendatio a nauigationibus.

De nauigatōne ab aurea chersoneso ad catigara.

De hīs que in expositione particulari marinus dissentit.

Qđ quedam pretermisit de regionū finibus.

In quib⁹ dissentit ab hystoria nostri tpis.

De incōmoditate marini i designatōe orb⁹.

De cōmoditate nostri opis i designatione orbis.

De inequalitate dimensionis tabule marini.

Que seruāda sit ad designtōe orb⁹ i plano.

Qnō habitabil⁹ nostra i spera designāda sit.

Expositio meridianorum & paratellorum in orbe designandorum.

Qualiter in plano terra designatur sperico & equalis.

CLAVDII PTHOLOMEI VIRI
ALEXANDRINI COSMOGRA
PHIE LIBER PRIMVS INCIPIT

IN QVO DIFFERT COSMOGRA
PHIA A COROGRAPHIA. CAPI. I.



OSMOGRA
phia designatrix imitatio ē
toti cogniti or-
bis cū his q̄ se-
re vniuersaliter
sibi iunguntur.
A corographia
hec differt. Nā corographia particularius a
toto loca abscidens p̄ se de quolibet ipsorū
agit. describēs ferme singula: etiā minima cō-
ceptorū a se locorū. quē admodū portus. vil-
las. viros fluuiorū gestiones ac huiusmodi
loca alia. Cosmographie p̄ priū est. vna ean-
dēq; habitabiliē terrā nobis cognitā ostēde-
re. quo modo natura situq; se habeat. circa
q; ea tantū intendit q̄ p̄ descriptiones orb̄
magis generales sibi iunguntur: veluti circa
maiora oppida: magnas ciuitates: montes
etiam: fluuiosq; insigniores. Preterea circa ea
om̄ia: q̄ iuxta q̄libet specie maior nota dig-
na sunt. Finis corographie ē partē totius si-
gillatim animaduertere: vt si quis aurē tan-
tū aut oculū pingat. Cosmographie vero
totū inspicere iuxta p̄portionem: vt si inte-
grum quis caput designaret. Integris enim
imaginibus cū oporteat potiora membra
prīmū adhiberi: deinde ea que imagines p̄
cturasq; suscipiūt: ita equa dimensione inter
se se locari: & ex iusta distantia visu possint
discerni: an totū seu pars sint illius qđ pingi-
tur. sequitur nō indigne nec preter rem coro-
graphie quecūq; etiā minima corographie
vero regiones ipsas: cū hijs q̄ generalius si-
bi adnectuntur: propriū esse tribui. Nā po-
tiores nostre habitabilis p̄tes q̄ equa dimē-
sionū p̄portione notabūtur: puincie siue re-
giones sunt. & habentur mēbra: differentie
magis insignes que in ip̄is regionibus sunt.
Versatur autē corographia quā maxime cir-
ca quales magis: q̄ circa q̄ntū eorū que de-
scribuntur. Circa enim pingendi similitudi-
nem omnino vertitur cura situum p̄portio-
numq; dimissa. Cosmographia vero magis

ad q̄ntitatē q̄ q̄litatē intendit. Nā de p̄por-
tione distantiarū aiaduertit in omnibus: de
pingēdi vero p̄priate. nō nisi solū in ima-
ginib; maiorū descriptionū. Vnde corogra-
phia pictura eget: nullusq; eā recte cōponet
nisi homo pictor. Cosmographia aut non
idē expostulat. Nā poterit quis p̄ puras li-
neas: nudasq; denotationes loca figere ac si-
guratōes generales inscribere. Quare illi ma-
thematica opus non est: sed cosmographie
ea ē potior ps. Contēplari em̄ i hac opor-
tet totius orbis magnitudinē & formam.
Preterea situs ad totū orbē vt fas sit partē
cōceptā q̄lis & q̄nta sit dicere. & sub q̄b; ce-
lestis spere: pararell locetur. Vñ de dieb; ac
noctiū magnitudine de fixis q̄ supra uticem
nobis sunt: de stellis q̄ supra orizontē nob̄
feruntur. de his q̄ perpetuo nō nobis oriū-
tar de om̄ibus: deinde q̄ ad rationē habita-
tionū nostrarum spectant differere poterit.
Que būanis ingēnus mathematico iure de-
monstrari altissimū atq; pulcerrimū ē: vt ce-
lū scilicet ipsum natura se habeat cū veluti
ambiens nō ostendi possit vt terrā ip̄am p̄
imaginē intueri valeam: q̄ cū certa & maxi-
ma sit: neq; vel tota vel pars nos circūam-
biat: ab eisdē q̄bus celū peragrari potest.

QVE ADCOSMOGRAPHIAM PRESVPPONENDA SVNT.



VI\$ cosmographie fi-
nis & i q̄bus a corogra-
phia differat strīctū in
prioribus annotatū sit
Cū aut in p̄sentiaq; pro-
positū sit habitabile no-
sti orbis describere: quā maxime fieri possit
intra se se coequalē necesse arbitramur: in ex-
ordio p̄ponere. qđ huius rei p̄mū ē. histo-
ria peragrationis plurimā notitiā nacta ex
illoq; traditione: qui diligētissime regiones
q̄sq; explorauerūt: quodq; hijsce animadu-
sionis atq; traditionis: ad geometricā hoc:
illud ad obseruationē fixarū p̄tinet. Quod

geometricum est per puram dimensionum distantiarum ostendit quod loca inter se sunt sita. Quo ad superiora refertur eorundem locorum positiones per fixas docet cum organis astrolabio ad captandas umbras inuentis. Idque certum quod est nec in aliquo re anceps. Aliud vero genus et imperfectius et altero eget. Nam primo cum necesse sit utrumque in modo presupponi ad quem situm duorum locorum distantia vergat. Non enim solu scire oportet quantum hic locus ab illo distet: sed versus quam celi plaga: hoc est an ad septentrionem: seu ut ita loquamur ad solis ortum aut alias particulares inclinationes impossibile est hoc considerari diligenter absque dictorum instrumentorum ope. Ex ipsis enim omni in loco: omnique in tunc facile inueniri potest linea meridiani per quam hanc distantias peragratae notitia. Deinde hoc etiam dato dimensio quod fit ex numero stadiorum nobis certa notitia haud probet ob itinera quod raro recta sunt. diversionibus multis terra marisque ita adiut ut opus sit ex terrestri itinere secundum qualitatem et quantitatem distantiarum obliquorum id quod rectum iter et cedit conjectare atque stadiorum summa minuere: ut recta via inueniatur. Quod et in navigationibus ea ex causa contingit: et ventorum piter flatu per totum iter cum equalitate minime seruato. Preterea et si eorum locorum distantia diligenter habita est non tamen habetur ratio ad totum terre ambitum: neque capitur situs eiusdem ad equinoctiale circulum vel ad polorum situm. Distantia autem quod ex observatione superiorum acquiritur horum quodlibet diligenter ostendit. Preterea quantas circumferentias vicissim circuli parallelli meridiani que per loca ipsa sunt descripti intercipiuntur: hoc est quales circumferentias in meridionalibus paralleli et equinoctiales intercipiuntur: quales ve in parallellis et in equinoctiali meridionales. Deinde docetur quotam partem occupat ipsa duo loca circumferentie maximi circuli quod per eadem in terra circumscribitur. Que dimensio parta ex superioribus stadiis numeratam non egreditur ratione partium terre ad totius descriptum

nisi ambitum. Nam sat est circulationem ipsius terre supponere tot esse partium quod libuerit: et hanc quotidie contineri a distantibus proportionatis in circulis ipsius terre maximis. Sed ad dividendum totum terre ambitum: aut ipsius partes in distantias nostris stadiis dimensionibus notas: hec eaque non sufficit. Quare ob hoc solu necessaria sunt quoniam recta in terra distantia alicui circumferentie maximi cuiusdam celestis circuli adaptare et ex fixis habita huius proportione ad totum circulum ac percepto numero stadiorum ipsius partis: seu date in terra distantie poterimus totius orbis ambitum per stadia metiri. Cessum enim cum sit ex mathematicis demonstratis: totius terre et aquae superficie ad totum sphericam esse et idem centrum cum spuma celestium simul habere et quod plana quilibet quod per centrum emittitur: in communibz sui et ipsorum celi terre aquae superficie sectionibus maximos circulos faciunt: quod qui eorundem planorum anguli: quod circa centrū sunt. circumferentias circulumque ipsorum interceptas eiusdem unius rationis efficiunt se quitur distantias quae in terra suscipimus: quantum quippe stadiis: si distantie recte sint ex dimensionibus posse percipi: ratione vero ab eisdem stadiis ad totum terre ambitum minime inueniri quia nulla ad totum proportionis hinc dari potest. A simili autem circumferentia celestis circuli datur. Nam celestis circumferentie ratio in propria totius terre circulatione captatur: eademque ratio est similis portionis in circulo terre: quod ad maximum ipsius circulum.

Quomodo ex stadiis dimensione cuiuscumque recte distantie licet non sit sub eodem meridiano mensura ambitus terre sit percipienda: et econtra.




RIORES non tantum retam querebant distantiam in terra: ut circumferentiam maximi circuli captarent: sed eam que situm tenerent in plano

a 3

3

sub uno ipso meridiano. **V**nde per instrumenta que diximus obseruantes puncta quae supra verticem erant utriusque finis distantie date: ex his signis per interceptam meridiani circunferentiam: sub equa proportione distantiam in terra notatam habebant. **N**am ut dictum est signa per data in uno plano assumebantur. & linea transversa per extrema distantie ad puncta quae supra verticem erant necessario concurabant. & huius coincidentie punctus communis articulo recto ipso erat centrus. Quota ergo pars circuli per solos descripti videbatur intercepta ab utroque punto supra verticem assumptionem totam esse circumferentiam ad totum terrae ambitum. **S**ed si huiusmodi distantia non est sub circulo per polos descripta sed sub alio quilibet maximum: idem ostendit potest: obseruatis parim modo eleuationibus poli in terminis ipsius distantie & animaduerso simul situ: quem habet ipsa distantia ad alterum meridionalium. Que plane demonstrauimus nos per organum: quod ad obseruatorem umbras struximus. per quod facile utilima alia quam multa capiamus. & die quolibet nocturna eleuationem poli septentrionalis omnino hora meridionalem situm habemus distantie date huiusque dimensionem hoc est quodles facit angulos maximus circulus descriptus per lineam distantie cum circulo meridiano iuxta punctum quae supra verticem est. **E**x quibus & quesita circumferentia per ipsum instrumentum ostendimus et circumferentia equinoctialis a duobus meridianis interceptam. si parallelli alii sint quam equinoctialis. **V**nde iuxta demonstratioem hanc si metiemur unam solaz retinaculum in terra distantiam numerus stadiorum totius ambitus terre inueniri potest. Per quod autem hoc reliquum est: ut & omnium ceterarum distantiarum dimensio: licet recte omnino non sint: neque ab eodem meridiano aut parallelo percipiatur: eleuatione poli: & inclinatio distante ad meridianum diligenter seruata. **C**ontra enim per rationem circumferentie ad maximum circulum stadiorum numerus facile haberi potest: a cognita circulatione totius terre.

Quae obseruata ex superioribus proponebantur sunt noticie paragrantium.



Ipsa ergo sic habitis quae regiones singillatim circumambulauere: si homini obseruationibus usi fuissent omnino certa descriptio nostre habitabilis facere potuissent. Sed cum solus hipparcus paucarum ad modum ciuitatum per eas copia quam in cosmographia notantur. eleuationes poli articul nobis tradiderit: ad loca per pauca sub eiusdem sita parallellis notauerit. **A**liqui vero post ipsum quendam retulerint locorum oppositorum: non tamen quam equaliter distarent ab equatore: sed simpliciter sub eiusdem sita meridianis id summetes ex navigatibus: vel borea ne austro secundum factis: quam plures autem distantiarum persertim quam ad ortum solis sive ad occasum vergerent: conceperint: ex generali quodam traditione: non ex auctoribus ipsorum ignorantia: sed quod nondum diligentioris mathematice usus foret. Preterea quia non multi defectus lunares in eodem tempore diuersis in locis cum obseruati fuerant: quemadmodum eclipses illa quam in arbitrio sub hora quinta: in cartagine vero sub secunda notata fuit: ex quibus videri posset: quot horis equinoctialibus seu quot temporum spatibus: loca inter se distaret ad ortum solis vel ad occasum: equum quoque est: descriptus cosmographia quam nouerit diligentiori obseruatōe notata: tamquam operis sui fundamenta propone: alia autem a ceteris tradita his adaptare: quousque ipsorum inuicem situs: quam maxime fieri possit cum primis traditionibus certiores inueniantur.

Quae nouioribus historijs credendum magis sit ob mutationes que diuersis temporibus in orbe continguntur.



NITIVM nostre descriptionis his liberatis sic eque haberi poterit. **S**ed cum loca omnia queant ob infinitam eorum magnitudinem: aut quia non sp

eodem modo sese habet non omnino satis explorata sunt & diuturnius tempus eorum notitia semper certior est faciat. circaq; cosmographia hoc adiudicatur videtur: cum concessum sit: ex traditibus vario in tpe editis: non unas nostri continentis partes: ob excessum sue magnitudinis: non ad nostram puenisse notitia. aliquis vero non quemadmodum se habet ob paragranum negligenter: nobis minus diligenter traditas: alias autem esse: quod nunc aliter quam hacten se habet siue ob corruptiores. siue ob mutaciones. in quibus per parte corruisse cognite sunt. Necesse nobis sit ad nouas tuis nostri traditores magis intendere liberando tamen in exposito illorum quod nunc tractantur. & in se lectione eorum quod hactenus edita fuerit. quid sit: quid ne non sit credendum.

De editione cosmographie marini.



MARINVS igitur tyrius est notatus nostre cosmographorū postremus: summo videtur studio huic materie se intulisse. Nam plura explorauisse: cognoscitur: preterea quod hactenus nota fuerat. Ideo omnium ferme historiorum quod eum puerant: notitia diligentissime habita: non tamquam ab alijs errata fuerat emendavit: sed etiam illa que ipse idem male tractauerat quemadmodum in editionibus pictae sue cosmographie. quodque multa elimat: licet adiudicere. Sed si inspiceremus ultimo eius operi nihil deesse satis & nobis foret. ex istis eius tam coamentarijs: absq; aliorum vestigatioe habitabile nostram describere. Verum cum ipse videatur. quibusdam adiunctione haud satis fidei digna assentiri. Preterea circa modum designacionis noscatur sepius: neque oportune facilitatis debitam curam agere: non indigne moti sumus: ut ad rationem usumque putauimus fore commodius operi conferre & viro. Quod quodque absq; verborum insolentia. quod maxime id fieri poterit efficere conabimur. utrumque erroris ge-

nus attingentes breuiter. ut ratio ipsa dictabit. Primusque id quod ad historiam attinet queramus. ex quo opinatur ipse. ad maiorem longitudinem versus ortum solis. ac ad maiorem latitudinem in meridiem: quam sas sit: terram nobis notam produci. Non autem iniquius superficie distatiam tendente ab occasu ad ortum solis longitudinem appellamus: atque distantiam a septentrione in meridiem latitudinem: cum in motibus celestibus paralellos similiter nuncupemus. Preterea quod quod maxime maiorem distantiam longitudinem dicimus. Plane quod enim cōcessum est ab omnibus. distantiam nostre habitabilis que ab ortu solis in occasum extenditur: multo maiore ea esse: quod a septentrione in meridiem igitur.

Emendatio latitudinis marini.



RIMVM igitur latitudinis terminum ponit & ipse tylem insulam: sub paralelo qui plagam maxime septentrionalem terre nobis note dividit quem paralellum ostendit quam potest dare: ab equinoctiali distare sexaginta & tribus gradibus. quodlibet est meridianus circulus trecentorum & sexaginta. Eam autem latitudinem notat: triginta & uno millibus ac quingentis stadiis: velut gradus quilibet ex quingentis stadiis proponendum costet. Post hec regionem ethiopum Agisymbam nomine & prasum promontoriū ponit sub paralelo: qui plagam maxime australē nobis cogitā finit quem paralellum sub hyemali tropico sistit. Quare oīs latitudo inter equinoctiale & tropicū hyemalē: ac inter tyler & equinoctiale in unum coacta: gradus sere septem & octuaginta complet: stadia vero quodraginta & tria millia ac quingenta. Conatur autem ratione australis finis ostendere per observationes quodam fixarum ut ipse putat & per itinera quodam terra marique facta: quorum quodlibet attingemus breuiter. In observatione quidem fixarum: in tertio opere sui volumine sub his verbis memorat. Zodiacus supra torri


a 4

4

dam zonā totus fertur: ex quo i ipsa umbra
 mutantur. & omnes fixe orientur et occidunt
 Sola aut mīor vrsa incipit supra orizontē
 tota videri in ocele plaga septentrionali: sta-
 dijs qnq milib & qngentis. Paralellus em
 p ocelē ḡdib vndecim. & duplii qnta ele-
 uatur. Ab hypparcho aut traditur: mīoris
 vrse stellā: q australior i ea ē: q ve ultima i
 eiusdē cauda notatur. a polo distare ḡdib
 duo decim & qnta duplii: ac ab eqnoctiali
 p̄fici ad tropicū estiuū polū articū conti-
 nuo ferro supra orizontē: australē vero ma-
 gis demergi. Preterea his q ab equatore ad
 tropicū hiemis pergunt: australē polū supra
 orizontē eleuari: septentrionale vero dep̄mi
Vnde p hec: euētus sub eqnoctiali aut inter
 geminos tropicos solū narrat. Qd aut aliq
 notitia per obseruatōem fixar̄ vere habita
 fuerit in locis magis australib, quā cirkulus
 eqnoctialis: minime tradit veluti si alicubi
 stellas australiores q eqnoctialis supra ver-
 ticē poneret seu si meridionales umbras in
 eqnoctijs ad austrū declinari diceret: aut
 si omnes stellas mīoris vrse oriri aut occide
 re ostenderet: seu iparū aliq̄s omnino videri
 australi polo supra orizontem elato. Per ea
 aut q deinde tradit qsdā mirrat fixas obser-
 uatas fuisse: q tñ mentē suā omnino non asse-
 rūt. Inquit enī eos q ab indis ad limyricā
 nauigāt: vt diodorus saminus narrat in ter-
 tio: taurū; in altiori eius loco: ad mediū celū
 habere: & pliadē ad mediū antemnar̄. Qui
 aut soluunt ab arabia ad azaniam: recta ad
 meridiē nauigāt: & aduersus canobū stellā.
 q illic hypos hoc ē equus appellatur. &
 longe australis ē. Stelle aut q illic videntur
 apud nos haud nomiantur. & canis prius
 q precanis oritur: ac orion totus: ante pun-
 ctū ubi sol ad tropicū estiuū conuertitur. lu-
 cet. Ex his ergo stellarū obseruatōib: qsdā
 habitatōes manifeste ostendit magis septen-
 trionales quē eqnoctialis: veluti cū dicit
 taurū & pliadē: fieri supra verticē nauiganti
 bus. hee enim stelle circa eqnoctialem sunt.

Quasdā aut nō australes magis q septētrio-
 nales ostendit. Nā canobus etiam videri po-
 test a longe magis septētrionalib: q sit tro-
 picus estiuus: pluresq; ex fixis: q apud nos
 semp latent in locis magis q nos australib
 ac magis etiā septētrionalib q eqnoctialis:
 vt circa situm meroes: supra orizontē vide-
 ri possunt quēadmodū ipse canobus. Hic
 supra terrā eleuatur: minimeq; ab his vide-
 tur. q magis q nos septētrionales existūt.
 Hūc quippe q ad meridiē magis tendunt:
 hippū hoc ē equū appellant: nec hoc noīe
 alia dicitur stella ex nobis incognitis. Dein
 de infert se etiā ex mathematicis demōstra-
 tōib p̄cepisse qd orion totus appetit ante
 tropicū estiuū: his q sub eqnoctiali habitat
 apud q̄s etiā canis prior q precanis oriri in-
 cipit: qd vsq; ad syenem seruatur. Ex qbus
 etiā obseruatōib nihil ppriū aut necessariū
 esse videtur qd habitationū situs magis au-
 strales sint q cirkulus eqnoctialis.


Eadē emēdatio ab itinerū peragrationibus



N peragratōibus autē
 cōputās itinerum dies
 singillatī a magna leptī
 ad agisymbam regionē
 hāc viginti q̄tuor mil-
 bi: ac sexcentis & octua-
 ginta stadijs magis australē q eqnoctialem
 ostendit. Nauigādo vero dies solutōnis a
 ptolemaide: q ē in trogloditica regione ad
 prasum p̄montoriū colligens: cōcludit hoc
 esse australis eqnoctiali stadijs viginti &
 septē milib ac odingētis. Vñ infertur pra-
 sum p̄montoriū & agisymbam regionē ethi-
 opum q etiā vt ipē fatetur ab australi plaga
 nō termiat ethyopiā in frigida zōna oppo-
 siti nostri orbis: iuxta eiusdē viri rationē si-
 tam esse. Nā viginti & septē millia stadior̄
 & octuaginta in meridiano constituūt ḡd⁹
 quinquaginta & qnq; in triplici qnta: q̄t ḡdi-
 bus ex altera equatoris parte iuxta easdem

celi qualitates. scythie se cedunt & sarmate
q̄ septētrionalia paludis meotydis incolūt.
Reducit igitur & ip̄e numer⁹ stadio⁹ ad di-
midiū minus ve hoc ē ad stadia duodecim
milia; q̄t hyemalis tropicus ferme distat ab
eqnoctiali. **C**ausas huiusce sectionis esse t̄dit
diuersiones ac ineqlitatē itinerū; missis his
ratōib⁹: ex q̄bus non tm̄ corripe necesse vi-
debatur sed etiā numer⁹ ad medietatē op-
tatā redigere. **P**rimū enī i peragrationū nar-
ratione refert septimū flaccum q̄ in libia mi-
litauerat a garamantibus ad ethyopas triū
mensū spacio puenisse versus meridiē iter
agentē. **I**uliū vero maternū a magna leptī et
a garame vna cū rege garamantum quibus
ethyopib⁹ bellū indexerat: inquit usus meri-
dī sp̄ pfectū in q̄tuor mensib⁹ venisse ad
agisymbam ethyopū regē: quo scilicet in lo-
co rinocerontes cōueniunt. **H**ox vtrūq; ex
seip̄o incredibile ē: partim qđ ethyopes nō
adeo a garamatib⁹ absunt: vt spaciū triū mē-
sium requiratur cū garamates ipsi maxime
ethyopes sint. & sub eodē regantur impio
partim quia rīdiculū ē. regē p̄ subditas sibi
principias: recta a septentrione ad meridiem
iter egisse: & cū versus solis ortum ad occa-
sum gentes ille longissimis effundantur spa-
tijis qđ nec vbi moras meta dignas traxe-
rit. **E**x q̄bus nō ab ratōne est viros aut hy-
perbolice locutos fuisse aut sic ad mercedē i-
tellexisse. quēadmodū vulgo dīci solet ad
austruz vel ad nothū bis abusos magis q̄
diligētie veritatis innixos.

Eadem emendatio a nauigationibus.



Einde nauigatōnes in-
ducens inter Aromata
& rapta. & rapta refert
quendā diogenem ex
bis vnū q̄ in diuina mi-
grauerant. cū diuisset.
& pfecturus iuxta aromata esset: ab rhetico
hore impulsū fuisse: cūq; ad dexterā tro-
glo diticam habere regionē: viginti & qnq;


dieb⁹: ad paludes: vñ nilus fluit penētuisse:
q̄bus raptōib⁹ p̄montoriū paulo ad austrū
magis extēditur. **T**heopolī etiā narrat vnū
ex his q̄ in azanīa soluerat: a raptis impul-
su austri. vigesima die ad aromata venisse.
Horū vterq; q̄t dier⁹ ea nauigatio foret nō
exp̄ssit. **T**heophilus qđē vt inquit die vi-
gesima applicuit. **D**iogenes vero vigesima
q̄nta die iuxta trogloditicā nauigauit. **N**ē
q; enī licet retulerit quot dieb⁹ nauigauerit
nō tm̄ aperuit q̄t dier⁹ ea esset nauigatio ob-
ventor⁹ varietatē atq; mutationem: quā fas
fuit in tanto t̄pis fuisse. **P**reterea neq; ad sep-
tētrionē neq; ad austrū cōtinuo se nauigā-
se inquiunt: sed ait. **D**iogenes se tantum ab
artico impulsū borea. **T**heophilus vero se
nauigasse p̄ austrū. **R**eliquā autē nauigatio-
nē qđ eandē equalitatem cōtinuo seruasset
neuter retulit. **N**on enī credendū ē tam mul-
tis diebus eundē statū tenorē fuisse serua-
tū. **V**nde cum diogenes ab aromatibus ad
paludes q̄bus raptōib⁹ p̄montorium paulo
australius ē: vigesima & q̄nta die nauigau-
rit: & theophilus a raptis ad aromata q̄ di-
stantia maior ē die vigesima pertransierit.
Preterea asserente theophilo vnius diei na-
turalis nauigatiōnē si sc̄da fiat. **M**ille stadi-
orū esse tñ inquit nauigationē a raptis ad
prasum p̄montoriū q̄ multō dier⁹ est: a di-
oscro qnq; miliū stadio⁹ tantū modo po-
ni. **N**am facillime inquit: vt decet sub eqno-
ctiali: variantur venti: preterea accessus iux-
ta eqnoctiale ex vtraq; solis parte pernitio-
res sunt. **E**x his igitur equius erat numero
dierū nō assentiri: preterea qđ efficacius est:
qđ cōputatio facta: ethyopas & rinoceron-
tū conuentū: i frigidā alterā zonam oppo-
site habitabilis terre extendit. **R**atio enī ipa
asserit: om̄ia aialia: om̄esq; plantas eī simili-
tudinē vnā trahere: sub vna celi q̄litate: aut
aeris temperie: hoc est sub eisdem paralellis
aut sitib⁹ equaliter ab vtroq; polo distantib⁹
bus: iuxta p̄portionē: vnā om̄niū eq̄litate
esse. **Q**uare marinus iuxta hyemale tropicū

a 4

5

latitudinē pstrinxit nulla prebita ratiōe tāte
 cōtraditionis: si admittat quis dierū numerū
 & peragrationū nauigationūq; seriem: quā
 pse exprimit. Sed hoc aīaduertens ille nu-
 merū tantū modo diurnorū stadioꝝ minu-
 it idq; p̄ter modū et cōsuetudinē agit: quos
 q; ad optatū & oportunū paralellum deue-
 niat. Agendū aut̄ cōtra fuit. Nā diurne qui
 dē pagrationi: eideq; possibili facile fuit cre-
 dendū eq̄litati vero itinerꝝ seu nauigationū
 aut qđ p̄ lineā rectam omnino itam fuerit: as-
 sentiri minime decuit: cū ex his distātia q̄si
 ta nō posset haberi: sed nouisse fas fuit qđ
 eadē latitudo vltra eq̄noctiale p̄tenderetur
 Sed hoc ip̄m ex certiori modo: obseruatō
 ne scilicet quoꝝ supiorꝝ cognoscere erat eq̄
 us. Qđ cōtinuo diligētissime explorasset q̄ si
 si ex mathematicis plane cōsiderauisset q̄ i
 illis regionibꝫ accidūt. Cū vero aīaduersio
 hec haud habita fuerit. relinqtur vt qđ ma-
 gis ratio dicit: simplicius q̄ntitatē substā-
 tie: q̄ eq̄noctiale egreditur: animaduertam⁹
 habetur aut̄ id p̄ genera atq; formas colo-
 resq; animantiū ibi degentiū. Ex q̄ vero vi-
 detur cōsequens esse: paralellū agisymba re-
 gionis quālibet ethyopū esse: vſq; tropicū
 hyemale attingere: sed circa eq̄noctiale ter-
 miari. Nō enī apud nos in locis illi opposi-
 tis hoc est sub estiuo tropico: colores habē-
 tur ethyopū: necq; rinocerontes aut elephā-
 tes sunt: sed in locis non multo australibus
 modice nigrent: quēadmodū q̄ intra syenē
 Triascontachinū habitant: q̄les ob eandem
 causam marinus ip̄e describit esse garaman-
 tas q̄s nec in ip̄o estiuali tropico: nec magis
 eodē tropico septentrionales: sed longe au-
 straliores esse tradit. In locis aut̄ circa mero-
 em habūde sunt nigrī & cū primū parī ethi-
 opes vbi & elephātum & monstruosorum
 animantiui genus alitur.

Qđ nō ponēdi ethiopes sunt magis q̄ pa-
 ralellus oppositus paralello per meroen-



VARE nunc vſq; actū
 bñ videri poterit. hoc
 ē quoq; tradito illuc
 nauigantiū narrat ethy
 opes Agisymbam regi
 onē et prasum p̄monte
 rium cetera q; q̄ in eodē paralello sunt sita i
 opposito p̄ meroem paralello describit. Id
 aut erit in situ. distanti ab eq̄noctiali versus
 meridiem: gdībꝫ pariter sedecim ac tertia &
 duodecima: stadij vero ōcto milibꝫ ac ducē
 tis ferme: quo pacto tota eiusdē habitabilis
 latitudo pene colligitur graduū septuagin-
 ta & nouem: ac tertie & duodecime vel ad
 summū ōtuaginta stadioꝝ vero q̄dragīta
 miliū. Distantia q̄ppe inter magnā leptē &
 garamam: quemadmodū flaccus atq; mater
 nus tradiderūt. stadioꝝ ponit q̄nq; mili-
 um pariter ac q̄dringentorū. Vigesima nāq;
 dies: scđa p̄fatio ē emēdata post p̄mū iter
 vt tota ad meridiē vel ad septētrionē dire-
 cta sit: cū p̄mū iter ad flexiones dieꝝ tri-
 ginta fuerit. Numerū autē stadiorū cuiusc;
 diei eos exposuisse memorat q̄ ad id iter se
 pius peragrauerunt. Qđ non tm̄ pulcre sed
 necessario animaduersum ē ob aliquādi diū
 siones. Quēadmodum autē de ratis: mag-
 nis ac nondum recte exploratis distantīs
 dubitandum ē: sic illis q̄ nec magne nec ra-
 re: sed sepius a multis peragrate sunt credi-
 fas est.

Que de lōgitudie a marino male ēdita sunt



D q̄ntum igitur spaciū
 situs nostre habitabilis
 cōgrue extēdi in latitu-
 dinē possit ex his nob̄
 manifestū ē. Longitudi-
 né vero Marinus inter
 duos meridianos notat: q̄ndecim horarū
 spacia cōtinētes. Nob̄ autē videtur: distā-
 tiā versus solis ortū plusq; deceat ostendi:
 que si contrahatur iuxta fas debitum non
 integra duodecim horarū spacia cōstituere

posse videbitur: cū in vltimo occidentis termino similiter ponatur insule fortunate: plaga maxime orientale series: sineq; at q; cattigara terminent. **D**istantia enī ab insulis fortunatis ad transitū eusfratis p hiera poli: sub paralello p rhodū similit seruam⁹ et nos: cū numero stadior⁹ ab ip̄o singillat⁹ exposito: parti ob frequētē itineris vsum: partim quia in maiorib⁹ distantib⁹ videtur & ip̄e recte collegisse id qđ ex flexionib⁹ & ineqlitatib⁹ itiner⁹ emendandū fuerat. **D**einde etiā q; ponit gradū vnū q̄lium ē circulus maximus trecentor⁹ & sexaginta: in superficie terre q̄nḡta stadia intercipere: qđ ex notis certisq; dimensionib⁹ liquet. **S**imilē autē circū ferentia rhodiensi paralelli: hoc ē distantis ab eq̄nodiali triginta & sex ḡdib⁹ q̄dringētor⁹ ferme stadio⁹ esse exponit. **Q**đ enī in eis eq̄litatē rectā excedit scđm rationē parallerū: ex paucitate sua pinguori donatur computo. **D**istantia vero q; ab ip̄o transitū eusfratis vſq; ad turre lapidea cōprendi tar: inquit ip̄e schinor⁹ odingentor⁹ ac septuaginta & sex esse: stadio⁹ vero viginti & sex miliū ac ducentor⁹ & octuaginta. **D**einde a turri lapidea: vſq; ad seras metropolim serum interesse dicit septimestre: stadio⁹ aut triginta & sex miliū ac ducentor⁹. **V**erū vt ambas distantias ad eundem parallelū redigamus: inxta equā cōtraditionē vtrāq; emē demus. In ambab⁹ quippe peragrationib⁹: nō videtur ip̄e defalcasse: qđ ex enormitate circūflexionū supest. Preterea & i scđo itinerē: in easdē videtur incidisse fallacias in q̄b⁹ a gramantib⁹ ad agisymbam lapsus est. Ibi enī cōputato stadio⁹ numero p menses q̄tuor: coactus ē eum plusq; ad mediū restrin gere. Possibile quippe nō fuerat p tot dierū spatiar⁹: iter semp vnliforme fuisse: qđ in septimestri peragratione etiam cōtigisse haud absurdū est: vno magis consonū q; in itinere garamantū. Illud enī iter a rege p̄uinctie a dūm ē: cū nō parua sicut decuit dignitā de inde sub celo omnino sereno. Peragratio autē

a turri lapidea ad seras validiores suscipit hyemes. **S**ubiacet namq; vt ip̄e ponit parallēlis p bisantiū elepongū. **E**x q̄bus dilatatiōib⁹ multas in itinere ip̄o fieri necesse fuit cū esset eius p̄fediōis causa negotiatō esset. Resert enī maem virum macedonē q; & ticianus dicebatur: patre & ipso negotiatore genitū. huiuscē itineris dimensionē notauisse: non qđ ip̄e ad seras perrexerit sed eo ali quē destinauerit. **S**ed negotiator⁹ relatibus & ip̄e haud assentiri videtur. **V**nde philomeni nō annuit: q; longitudinē hybernie insule ab ortu solis ad occasum: viginti dierū exponit. **M**emorie enī ip̄m a negotiatorib⁹ eā percepsisse quos negligētores veritatis esse scribit: circa ip̄o cōmertia occupatos. **E**asdē etiā ip̄e inquit p̄ sepius ex inani q̄dam ambitione distantias maxime augere. **H**ic autē in septimestri p̄fediōe nihil memoratu dignū retulisse eos: qui id iter dimensi fuerint. p magnitudine tuis monstrū est.

Emendatio longitudinis nostre habitabilis a peragrationib⁹.



VAM ob causam & q̄niā id iter sub vno solo paralello non ē sed lapidea turrī circa bizātij paralellū & sere australes magis sunt: quā paralellus p elepongū equū videtur multitudinē stadio⁹. ex septimestri collector⁹ hoc est triginta & sex miliū ac ducentor⁹ nō ad minus q; ad mediū secare. sed p expeditōri intellectu ad solā medietatē. **V**t computari possit data distantia stadio⁹ decē & octo miliū atq; centū: graduū vero q̄nq; & q̄dra ginta cū quarta. **E**t enī p̄ ter rationem est: & omnino absurdū: in vtraq; hac peragratōne tāte sectioni nō assentiri: ac in itinere gramātū eandē contradictionē cōcedere. qđ i promptu ratio ē: differentia scilicet animantiū degentiū in agisymba regione: que nequaquā possunt: preter naturalia sibi loca traduci: a

turri vero lapidea ad seras id pari mō non
 acceptare quod eadē ratio illic adduci neq
 at: sed p totā distantia siue minor ea sit: seu
 amplior: similis ipius aeris q̄litas & impres
 sio sit. Quēadmodū si quis quia in furto de
 phendi nequeat: iustitiā negligat: cōtra ip
 sius philosophie documēta. Vnde p̄mā di
 stantia q̄ scilicet ē ab eufrate ad turrim lapi
 deā: odingentorū ac septuaginta & sex schi
 norū: ob itinerū flexiones ad odingētos tā
 tū schinos cōtrahimus: stadia autē viginti &
 q̄tuor milia. Qd̄ ita esse creditur ob itineris
 particulares dimēsiones ac regionū crebros
 aditus q̄bus id iter potitū ē. Qd̄ autē diuer
 ticula plura habeat: manifestū ē ex hīs que
 marinus ipē ponit. Peragrationē enī a trā
 situ eufratis iuxta hieropolim p mesopota
 miā ad tigrū: & hinc p garamatas iter Assi
 rie medoꝝ q̄ ad eebatana portasq; caspias.
 Preterea parthye ad hechatonphilon: fas ē,
 p parallellū rhodi suspicere. Hic enī circulus
 p dictas regiones scribitur. Viam vero ab
 hechatonphilo ad hyrcaniā ciuitatē: necesse
 est ad arcton declinare. Hircania ciuitate in
 medio ppe modū posita paralleloꝝ smyr
 ne & eleponsi. Nā parallell⁹ smyrne sub ip
 sa regione hyrcanie designatur. elepōti ve
 ro p australes plagas pelagi hyrcani: q̄ pa
 rū magis septentrionales sunt: q̄ ipa hyrcan
 oꝝ ciuitas a nomine regionis siue appellata
 Deide iter ab hac ad marginā anthiochiā
 p arctū pmo ad meridiem respicit cū aria
 sub eo dē parallelo: quo porte caspie sita sit
 Post ad arcton iuclinat: cū anthiochia iux
 ta eleponsi parallelluz sit posita a q̄ aditus
 ad bacra versus solis ortū extenditur. Ad
 ascensum post montium comedoꝝ itur ver
 sus septētrionē. Via p̄terea: q̄ montana hec
 egreditur ac pducit ad vallē q̄ campestria
 excipit ad meridiē tendit. horū quippe mō
 tiū septētrionalia & que magis occidētalia
 sunt. vbi ascensus est. ponit sub parallelo bi
 gantij. q̄ vero australia & ad ortū solis ver
 gunt. sub parallelo eleponsi. Nā montana

ipsa tradit ad ortū solis. palā q̄si extensa ad
 austrū quodam modo declinare. Inde pan
 ticōtaschinū inquit ad lapidē vsq; turri ad
 arcton eque vergere. Vallē enī egressos tur
 ris vt inquit lapidea excipit. a q̄ montes q̄
 ad orientē sole p̄grediūtur: imao cōiungit:
 q̄ a polimbrothis ad septētrionē p̄tendit
 Simul ergo collectis ḡdib⁹ sexaginta. q̄ no
 tati sunt: p̄ viginti & q̄tuor milia stadioꝝ.
 cū gradib⁹ q̄draginta & q̄nq; & quarta: tot
 enī sunt a turri lapidea ad Seras cōprehēdi
 tur tota distantia ab eufrate ad seras in para
 lello rhodiensi graduū centū & q̄nq; cū q̄n
 ta. Colliguntur preterea ex dimēsionib⁹ q̄s
 ipē supponit sub eo dē parallelo gradus alij
 vt dicetur. Primo a meridionali notato p̄ i
 sulas fortunatas vsq; ad sacrū hyspanie p̄
 montoriū gradus duo & semis. Deinde ad
 vetij fluij hostia post hec a vetio ad angu
 sta atlantici pelagi atq; calpem similiter ḡ
 dus duo et semis in vna q̄q; distantia. hinc
 a p̄fatis angustijs vsq; ad calarim sardinie
 gradus viginti & q̄nq;. A calari autē ad lili
 beū silicie q̄tuor & semis. A libeo ad pachī
 nū tres. Moxq; a pachino ad tenay laconie
 decē. Inde ad rhodū octo cū q̄rta. A rho
 do ad hyssum vndeci cū quarta. De hinc
 ab hyssō ad eufratē. duo & semis. Colligū
 tur itaq; totius huius distantie gradus sep
 tuaginta & duo. Quare om̄is lōgitudo ter
 re nobis cognite: hoc est a meridiano desig
 nato: seu terminatē ab ultimo occasu insulas
 fortunatas vsq; ad seras graduū centum ac
 septuaginta & septē cū quarta adnotatur.
 Eadem emendatio ex nauigationibus.



C
 ONIECTARE quis
 posset: tantūdē esse lō
 gitudinis spaciū etiam
 ex distantijs q̄ a Ma
 rino tractātur nauigā
 do ab India vsq; ad si
 num Sinarū: atq; cattigara: sed q̄ maxime p̄
 pius ratio habeatur sinuū ac inequalitatem

nauigationū: situūq; ipsarum regionū. Post eū colchōrē sinū a p̄montorio qđ nūcupatur corij: suscipi inquit sinū argaricū: consta req; vſq; ad curulim vrbē: stadijs tribi mili bus ac quadraginta. Additq; eā ciuitatē sitam esse: ex parte boree eiusdē corij p̄montorij. Colligi igitur posset ea trāſfretatio ter tia parte deducta: iuxta normā gangetici ūnus: stadiorē ferme duorē miliū ac triginta cū tota ventorū inequalitate. Ex q̄bō vt ad cōtinuum vnūq; cursus deneniantur. tertia etiam parte sublata: relinquētur stadia mille ac trecēta: & fere q̄nquaginta iuxta boree sitū quo redacto ad sitū eqnoctialis paralelli: & aduentū a peliota: deductione medietatis: iuxta rationē anguli transsumpti: habebim⁹ distantia interceptā a duobus meridianis: hoc ē ab eo q̄ p̄ Corij p̄montoriū scribitur & ab illo q̄ p̄ curulim adnotatur: stadiorū sexcentorē ac septuaginta & q̄nq; graduū vero fere vnius cū simplici tertia: horū enī si tuū paralelli: nulla memorabili nota a maximo circulo differunt. Deinde a curuli vrbe nauigationē inquit esse versus hyemale so lis ortā: vſq; parula: cōstareq; stadijs nouē milib⁹ ac q̄dringētis & q̄nquaginta. A q̄bus tertia etiā parte dempta: ob ventorē cursuū q; ineqlitatē: habebimus ad vnu cōtinuum motū: ad eurū fere directū: distantia stadio rū pene sex miliū ac trecentorē. A q̄bō sextā p̄te deducētes: vt redigatur distātia ad pa ralellū eqnoctiale: inueni⁹ distantia horū meridionaliū: stadiorē esse q̄nq; miliū ac du centorē & q̄nquaginta: graduū vero decem & semis: hinc gangeticū sinū ponit dece & nouem milium stadiorū. A paluri qđē ad Sandā vrbē q̄si versus ortū solis eqnoctiale: p̄ eundē nauigando sinū: tradit tredecī miliū stadiorē. Et quoniā ad eqnoctiale or tū dirigitur ferme cursus ex motuū ineqlita te: tertia tantū pars ab eodem deductur nu mero. Quo facto relinquētur vt eorū meridi onaliū sit distantia: stadiorē octo miliū ac sexcentorē & septuaginta. graduū vero dece

et septem cū tertia. Deinde nauigationem a Sandā ad vrbē Talama: facit stadiorē triū miliū ac q̄ngentorē aduersus hyemale solis ortū. Pro ineqlitate aut̄ cursus iterū partē tertia deductes: habebimus in motu continuo stadia duo milia & trecenta ac trigita Ob inclinationē vero ad eurū: p̄te sextā in de sumētes inueniemus distantia expositorū meridionaliū: stadiorē mille ac noningē torē & q̄draginta. graduū autē fere trium & semis cum tertia. Post hec transitum a tama la ad aureā chersonesum: tradit stadiorē mil le ac sexcentorē: etiā versus hyemale ortum Quare & ab hoc numero: eq̄ deductis similibus p̄tibus relinquētur meridionalium ip̄sorū distantia stadiorē odingentorē: graduū vero vnius cum q̄druplici q̄nta. Vnde colligi potest distantia a Corij p̄montorio ad aureā chersonesum: graduum triginta & quatuor cum quadruplici quinta esse.

De nauigatione ab aurea chersoneso ad cat tigara.




VMERVM stadiorū nauigationis ab aurea chersoneso ad Cattigara marinus non tradit. Alexandrū autē referre dicit terrā huic oppo ni meridie ei sq; qui secus ip̄ius littora nau gant diei vigesima vrbē puenire. Inde a zabis cōtra notū trāſfretates & p̄sertim ad le uam dieb⁹ aliquot cattigara apprehendere. Auget qđē distantia ip̄se posita intelligens dies aliquot pro plurib⁹. Inquit enī ob mul titudinē eos numero minime cōprehensos fuisse qđ ego ridiculū existimo. Quis enim dierū numerus infinitus ē: etiā si totus orb⁹ ambitus exprimendus sit. Quid alexandrū coegit vt cū diceret aliquot intelligere plures: cū de dioscoro dicat plurimū dies na uigationez a raptis ad prasum descripsisse. Equum quippe magis ē vt intelligat quis aliquot p̄ paucis: q̄ scilicet modo: dici solitū

est. Sed ut non videamur & ipsi: ad multi-
dine quandā certā distantias cōiectare cō-
feramus nauigationē ab aurea chersoneso
ad cattigara: nauigationi facte: ab aromati-
bus ad prasum p̄montoriū: positam scilicet
viginti dierum ad z̄abas. & aliquāt aliorū ad
cattigara & viginti similiter dierum a rapta
iuxta theophilū ac aliorū pluriū ad prasum
scdm̄ dioscōr̄: ne quēadmodū fecit marin⁹
aliquāt dies p̄ plurib⁹ eque admittamus. Cum
ergo & ex ratione manifesta & ab ip̄ orum
etia obseruatōe superiorū ostenderimus pra-
sum sitū habere sub paralelo distantiā cōtra
meridiē ab eqno diali gradib⁹ sedecim cum
tertia parte ad duodecimā & ab eodē eqno
diali versus septētrionē paralellus p̄ aroma-
ta distet ḡdib⁹ q̄tuor cū q̄rta. colligitur di-
stantiā ab aromatib⁹ ad prasum cōstare ḡdi
b⁹ viginti cū dupliči tertia. Vnde nō in cō-
grue totidē graduū ab aurea chersoneso ad
z̄abas & hinc ad cattigara ponēda distātiā
ē. Ab aurea aut̄ chersoneso ad z̄abas corri-
pere distantiā nō oportet quia p̄ inde trāsi-
gitur ac si sub eqno diali circulo sita foret cū
ea q̄ interiacēt loca meridiei opposita p̄te-
dantur. Distantiā vero a z̄abis ad cattigara
cōtrahere debet: cū nauigatio ea sit versus
notū & plagā orientalē vt sitū ad normam
eqno dialis habere possimus. Si ergo medi-
etate graduū tribuam⁹ vtriq̄ distantie p̄p̄
ignotū excessum ip̄ius: deinde tertia p̄te ḡ-
duū q̄ sunt a z̄abis ad cattigara dece cū ter-
tia demamus ob inclinationē annotatā ha-
bemus distantiā ab aurea chersoneso ad cat-
tigara equata situi eqno dialis. graduū de-
ce & septē ferme cū sexta. Ostensum ē a co-
rij promontorio usq; ad aureā chersonesum
ḡdus esse trīginta ac q̄tuor: cum q̄druplici
q̄nta. Vnde tota distātiā a Corij usq; ad cat-
tigara ḡduū fere q̄nquaginta & duorū colli-
gitur. Sed meridionalis q̄dē q̄ scribitur per
principium Indi fluminis: paulo iuxta mari-
nū ē occidētaliō p̄montorio septētrionali
insule taprobanes q̄d corij opponitur & ab

hoc distat meridionalis designatus p̄ o-
stia vetij fluuij horarū spatijs octo gradib⁹
vero centū ac viginti. Preterea meridian⁹ hu-
iusecē vetij a meridiano notato p̄ insulas for-
tunatas abest ḡdib⁹ q̄nq̄. Vnde colligitur:
meridianum p̄ Corij a meridiano p̄ insulas
fortunatas descripto distare paulo plus: cē-
tū ac viginti & q̄nq̄ ḡdib⁹. Meridianū per
cattigara a meridiano earundē insularū pau-
lo etiā plus centū & septuaginta ac septē ḡ-
dib⁹ iuxta eandē ferme distantiā ḡduū colle-
ctorū in paralelo rhodiensi. Sed ponatur
longitudinē usq; metropolim. Sinarū inte-
groib⁹ esse graduū centū ac octuaginta: hora
